t

Copias

Maella

De Bullas Apostolicas
que los originales se han
remitido a Madrid, para
presentarlas en la Camara

I 31/158-2
P0048/88-2
GOBIERNO DE ARAGON

P0048/88-2 I-31/158

Julius Epus Servus servorum Dei. Dilecto Filio Nobili Viro Michaeli Perez de Almazan Domino temporali Ville de Maella Caesaraugustane Diocesis Salutem, et Appostolicam benedictionem; Constantis fidei probata sinceritas, et eximie devotionis ~~[illegible]~~ afectus quatenus ad Nos, et Romani generis Ecclesiarum promerentur ut notum tuis que ad divini cultus augmentum, et Ecclesiarum decorem, et utilitatem pertinere noscuntur quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus: ~~hinc~~ p Sane pro parte tua ~~debita~~ Nobis exhibita Nobis nuper petitio continebat quod Villa de Maella Cesar-augustane Diocesis tuo temporali Domino subjecta est quedam Parochialis Eclesia cum dotem tu Zelo devotionis motus ut illius Rector pro tempore Existens se cum suis scholaribus commodius sustentare valeat, et ex hoc divi ~~Parochialis Eclesia~~ divinus cultus in ea aliquod suscipiat incrementum de propriis tuis bonis in aliqua competenti portione augere desiderans dummodo tibi, tuisque heredibus, et Successoribus dicte ville Dominis pro tempore existentibus jus Patronatus et presentandi Personam idoneam ad dictam Eclesiam dum pro tempore vacaverit loci Ordinario per eum in ipsius Eclesie Rectorem ad presentationem huiusmodi instituendam reservetur, et concedatur. Quare pro parte tui asserentis te charissimi in Christo Filij nostri Ferdinandi Aragonie, et Sicilie Regis Illustris Secretarium et Consiliarium existere nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi postquam dicte Eclesie pro illius dotis augmento tantum de tuis bonis asignaveris quod illius annui fructus, reditus, et proventus saltem ad ducentos solidos monete Jacensis in illis partibus currentis habentis augebantur pro te, tuisque heredibus et successoribus prefatis jus Patronatus, et presentandi personam idoneam ad dictam Eclesiam, dum illa pro tempore ex nunc perpetuis futuris temporibus vacare contigerit loci Ordinario per eum in illius Rectorem ad presentationem huiusmodi instituendam reservare et concedere

GOBIERNO DE ARAGON

aliasque in premissis opportune providere de be-
nignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur te
a quibusvis excommunicationis suspensionis, et
interdicti aliisque Ecclesiasticis Sententiis
Censuris, et penis a jure, vel ab homine quatenus
occasione, vel Causa latis si quibus quomodolibet in-
nodatus existit ad effectum presentium dumtaxat
Consequendum harum serie absolventes, et absolutum
fore censentes hujusmodi supplicationibus incli-
nati tibi postquam dicte Ecclesie pro illius dotis
augmento tantum de bonis tuis assignaveris
quod illius annui fructus, redditus, et proventus sal-
tem ad ducentos solidos monete hujusmodi augeantur
pro te, tuisque heredibus et successoribus prefatis
jus Patronatus, et presentandi personam idoneam
ad Ecclesiam predictam dum pro tempore ex nunc perpe-
tuis futuris temporibus vacare contigerit et presentatam
loci Ordinario per eum in illius Rectorem ad presentationem
hujusmodi instituendam authoritate Apostolica tenore pre-
sentium reservamus et Concedimus non obstantibus
Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis ce-
terisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo om-
nino hominum liceat hanc paginam nostre ab-
solutionis, reservationis, et Concessionis infr-
ingere vel ei ausu temerario contra ire.
Si quis autem hoc attemptare presumpserit in-
dignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri
et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.
Datis Rome apud Sanctum Petrum Anno Incar-
nationis Domini Millesimo quingentesimo octavo,
decimo septimo Kalendas Maij Pontificatus
anno quarto — Ludovicus Stancius — S. Lesona — [illegible]
[illegible] — A. Sarano — P. Maximus — J. de Bibalta —
Joannes [illegible] — Franciscus [illegible] — [illegible] —
[illegible] in [illegible] — Dominicus [illegible]
[illegible] — Franciscus de Tierra Cremada

GOBIERNO DE ARAGON